

## Werk

**Titel:** Tobiae Pfanneri, De Catechumenis antiquae Ecclesiae Liber  
**Autor:** Pfanner, Tobias  
**Verlag:** Boetius; Litteris Mullerianis  
**Ort:** Gotha; Francofurti; Vinariae  
**Jahr:** 1688  
**Kollektion:** VD17-Mainstream  
**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
**Werk Id:** PPN740847600  
**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN740847600>  
**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=740847600>  
**LOG Id:** LOG\_0009  
**LOG Titel:** Caput III. De Diversis Catechumenorum classibus  
**LOG Typ:** chapter

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

## C A P U T III.

De,

*Diversis Catechumeno-  
rum classibus.*

I.

**A**Tque hic est Catechumeno-  
rum ordo, ordine fidelium ad-  
eò titulo, loco, iuribusq; inferior.  
At verò neque istorum omnium  
æqualis conditio erat. Pro diver-  
sitate Classium, in quas distributi,  
longius propriusve à communione  
Fidelium aberant. Harum duas

*Albas. Ob-  
f. 6. 2.  
n 8. A-  
Tim.  
Geffel.  
Hist. Ec-  
cles.  
Part. 1.  
p. 440.  
344-*  
apud Antiquos maximè nomina-  
ri, deprehendimus; Audientium  
videlicet, atque Competentium.  
Quatuor in gradus forsan commo-  
dius Albaspinæus dispositi. In-  
firium iis adsignat, qui à Gentil-  
lismo adhuc rudes atque crudi,  
adjecto ad Christianismum animo  
privatos intra parietes prima fidei  
elementa addiscebant. Inde ad  
pu-

publicas conciones admissi *Audentium* gradu potiebantur. Hinc tertius excipiebat, eorum nempe, qui precum atque procumbendi in Ecclesia facultate gaudebant; *Ostantes* & *genū flectentes* dicebantur. Supremum ii tenebant, qui tyroci- niis Catechumenatus ritè positis exactisqno Baptismum, atque adeo ipsius Civitatis Ecclesiasticæ Jura prensabant, *Competentium* nomine insigniti. Horum omnium in statum atque Jura curatius inquiremus.

II. Prima igitur seu infima potius classe, ex Albaspinæ partitione, ii comprehendebantur, qui Gentilis superstitionis odio, atq; Christianæ religionis amplectendæ sacra quadam cupidine ducti, exposito Ee- clesiæ, quo tenebantur desiderio, ritè moreque majorum admitti rogitabant. Adducor ferè, ut credam, hos ipsos, atque adeò primum à Gen-

*Hier.  
Eccl.  
c. 2. p. 11  
seqq.*

à Gentilismo ad Ecclesiam ingressum, aut iter saltem, à Scriptore Hierarchiæ Ecclesiasticæ designari, cùm is, quo modo ætatis suæ Gentiles ad Christianismum aditum tentaverint, qui ad Ecclesiam ituris viam fecerint, expositurus; Porro, inquit, qui tām sublimium ac tām cœlestium munerum sacro fuerit desiderio & amore captus: accedit aliquem ex fidelium numero, oratque, ut se ad Pontificem ducat, sequiturum omnia, quæcunque sibi tradentur, penitus atque ex toto animo spondens, precaturque tum ut se adducat: tum ut reliquæ deinceps regendæ vitæ suæ suscipiat curam. Illum, (& si salutis ejus sacro amore succenditur,) celsitudinem tamen rei, humanamque infirmitatem metientem, continuo horror & angustia difficultatis invadit. (Hæc verba fateor, aurem vellicant, ut de eo agi terè suspicer, qui jam tres Catechu-

chumenorum gradus emensus Ba-  
ptismo tandem in Ecclesiā cooptari  
flagitat.) Postremò tandem factu-  
rum, quod ille postulat, benignissimè  
pollicetur, assumensque hominem, ad  
pontificem dicit. (Ita baptizandos  
ad januas Sacerdotum deduci et-  
iam dicit Chrysostomus) Ille magna Chrys.  
cum lētitia (non secus quam ovem  
perditam) in humeris virum susci-  
piens: primum quidem secretius ex Satuta-  
corde gratias agit: tum in orantibus re Pri-  
quoque habitum sternitur, adoratque san. col. 358.  
Supplex, atque veneratur summum illud beneficiumque principium, à quo  
vocanda vocantur, & salvanda  
salvantur: Deinde sacros gradus o-  
mnes, ut sibi cooperentur, ac pro sa-  
lute viri simul congaudeant, agant-  
que divinæ clementiæ gratias, in san-  
Et am Ecclesiam cogit, atque initio  
quidem hymnum aliquem sacris li-  
bris insertum, simul cum omnibus  
Ecclesiæ Ordinibus canit. Post hac  
deo-

To. III.  
in loc.  
Paul.

deosculatis sanctis altaribus, ad virum adstantem proficiscitur: percontaturque ab eo, quidnam volens eò veniret. Illo autem (juxta quod à susceptore suo fuerat edocitus,) impietatem & veri boni ignorantiam accusante, ac divinæ vitæ opere se tam diu fuisse destitutum ingemiscente, atque orante, ut ejus sanctissimo munere ac prece, Deo divinisque mysteriis frui mereatur: contestatur ei oportere ex integro corde accedere ad Deum per cuncta perfectum & immaculatum. Tum divinæ quoque conversationis ac vitæ illi explicans rationem: an ita velit deinceps vivere, sciscitatur. Quod ubi ille pollicitus fuerit, imponit ejus capiti manum &c. Quibus convenienter.

*August.* Augustinus, eum, qui ideo veniat,  
*To. IV.* ut Christianum se fieri velle profi-  
*de ca-* teatur, primô de propositi causa  
*techiz.* ruditib. rogari, inde ad præscriptam isthinc  
*c. 16-16.* se formulam instrui, eaque re per-  
*acta,*

acta, interrogandum moneat, an haec  
credat, atque observare desideret.  
Quod cum responderit, solenniter ut-  
tique signandus sit, atque Ecclesiæ  
more tractandus. Hos igitur ad fi-  
dem primam (ut cum Eliberini Can. 42  
Concilii Patribus loquamur,) cre- add.  
dulitatis accedentes, primùm do- Can. 44.  
mestica intra septa aliquanto tem-  
pore contineri solitos, Albaspinæus 2 Obs. 1.  
tradit, quo & de impietate atque num. II.  
absurditate Gentilium Dogmatum Obs. 2.  
rituumque, & Christianæ fidei re- num. 8.  
&itudine sanctitateque hactenus add.  
saltem edocerentur, ut ante actæ Obs. 1.  
vitæ errores flagitiaque proprius num. II.  
agnoscerent, acerbiusque dole-  
rent, atque ex elementis fidei tan-  
tum haurirent, quantum præparan-  
dis ad altiora animis satis videte-  
tur; lacte sanæ eruditionis hacte- Chrys.  
nus enutriendi, donec cibum fir- in I. ad  
miorem ferre possent. Puerinam- Cor. I.  
que, uti scite Chrysothomus. omnes Homil.

G

sunt 4 in-  
fus.

sunt Gentiles, quos ad bonam fru-  
gem dignamque viro prudentiam  
non nisi sensim deduxeris, veritati  
probitatiq; paulatim adsuferen-  
di, à qua plerique ex Gentilitate  
toto pariter cœlo totâque viâ erra-  
verant, queis scilicet pro tem-  
porum pravitate, quæ vitia erant,  
mores fuere. Ita positis rudimen-  
tis, in Ecclesiam majori spe profe-  
ctuum admissi, atque inter Audien-  
tes collocati, frequentandarum  
concionum facultatem aliquanto  
solenniorem obtinuere, quibus fa-  
lutarem doctrinam, largiori jam  
manu suppeditandam, exciperent.

III. Et verò necessum erat, ho-  
mines à Paganismo recentes, ita in-  
stitui, ut de Idolorum vanitate to-  
tiusque Ethnicismi fœditate pauci-  
ter, ac veri Dei majestate, omnipo-  
tentia, justitia, in bonos curâ, odio  
in malos, in utrosque indulgentia.  
horum denique, si istâ abuti persi-

ste-

sterent, suppliciis, atque istorum  
præmiis, instructi, eo majori cura  
ita res suas componerent, ut Chri-  
sti civitate donari & ipsi meteren-  
tur, extra quam nulla evadendi pe-  
riculi, spes, nulla potius salutis  
fiducia est.

IV. Egregium hujus Institutio-  
nis specimen Constitutiones exhi-  
bent Apostolicæ, quod primam ad  
classem pertinere, & ipse institu-  
tionis, qui Catechetæ præscribitur  
modus, & quæ pluribus ibi se-  
quuntur, aperte declarant. Ita  
verò illæ: *Qui in sermone pietatis Conſtit.*  
*inſtituendus eſt, erudiatur ante Ba-* *Apoſt.*  
*ptismum cognitione Dei ingeniti, in-* *VII. 39.*  
*ſtruatur etiam notitia Jesu unigeni-* *(40. B.)*  
*ti, & fide de Spiritu S. diſcat varium*  
*creaturarum ordinem, providentia*  
*ſeriem, diversarum legum iudicia;*  
*erudiatur, cur mundus conditus fit,*  
*& quam ob rem homo mundi civis ſit*  
*conſtitutus: agnoscat naturam ſuam,*

G 2      cuius-

cu(j)usmodi sit: instruatur quemadmodum Deus vitiosos punivit aquâ & igne, Sanctos honoravit in qualibet aetate, Seth, Enos, Enoch, Noë, Abraham cum suis posteris, Melchise-dech, Job, Mosen, Jesum & Caleb & Phinees sacerdotem, & alios qui in quavis aetate, sanctitate praestiterunt, quemadmodum suâ providentia non avertit se Deus ab humano genere, sed id per diversa tempora ab errore & vanitate ad cognitionem veritatis revocavit, transferens à servitute & impietate, ad libertatem & pietatem, ab injustitia ad justitiam, à morte perpetua ad vitam eternam. Hæc atque hujusmodi discat in Catechesi, qui ad baptismum d. Tr. de accedit. Non multum dissimilia Catech. Augustinus, à Diacono quodam s. nd. c. 3. Carthaginensi rogatus, suppeditat, eum, qui primò catechizatur, ita instituendum consulens, ut post Historiam Ecclesiæ à condito pri- mū

mùm orbe ex sacris literis summa-  
tim atque generatim recitatam, ex-  
positasque Christi adventus cau-  
fas, ( immixtis, si quæ alia aut con-  
firmando, aut emendando hominis  
ad Christianismum transeuntis  
proposito conducerent,) spes re- c. 4.5. 6.  
surrectionis commendetur, inde fu-  
turi supremi judicii bonitas in pro-  
bos, severitas in malos, rectitudo  
in omnes; horum denique suppli-  
cia, istorum præmia prædicentur;  
adjectis, quibus contra infidelium  
irrisiones, Judæorum calumnias,  
hæreticorum insidias, atque im-  
proborum in Ecclesia degentium  
exempla Catechumenus munire-  
tur. Ejusque rei specimen, (qua-  
quam id non undequaque regulæ  
congruat,) præbiturus, ita post c. 16.  
peracta gratulationis solennia, & c. 17.  
examinationem causæ, qua motus  
iste Christianismo animum adje-  
rit, de mundi Creatione, hominis

- c. 18. statu, ac in pejora lapsu, divinis-  
que in libertate arbitrii illi permit-  
tenda rationibus, & paucitate eo-
- c. 19. & rum, qui eā ex justo & decoro u-  
seqq. tantur, aliqua præfatus, totum mox  
hominum genus in duas civitates  
partitur, malorum unam, alteram  
bonorum, à sanctis primorum se-
- c. 22. 23. culorum Patribus ad populum Ju-  
daicum, propagata, & post ad-  
ventum Christi, tantis vaticiniis  
atque typis haec tenus monstrati, ad  
universas orbis nationes prolatam,
- c. 24. neque latius unquam quām suo-  
rum in cruciatibus atque sanguine  
efflorescentem. Post hæc latius  
tradita, auditorem, salubribus de-  
futuro iudicio minis, resurrectionis  
certitudine, suppliciorum metu,  
atque spe præmiorum ad pietatem
- c. 25. & firmatum dimittit. Quæ per ali-  
uit, quot capita pluribus exsecutus,  
brevi mox compendio in unum  
contracta, exhibet, è quo exem-  
plum

plum caperet Catecheta; si quando celeritate in erudiendo Catechumeno opus foret.

V. Atque hoc aut simili modo ducendæ erant, crassiori quidem minervâ, primæ salutaris doctrinæ lineæ, ut compendio quodam velut repræsentatam Christianæ religionis tyro: conspiceret. Id quod privatim commodissimè fieri, nemo non animadvertisit. Neque enim publicis concionibus istud ita oportunè peragas, quibus Fidelium potior quam talium cura habenda. Ut nec nobis satis foret, hominem, si ex Judæis, aut Mahummedanis, aut etiam ( quod, nostris saltē in terris, rarius, ) Gentilium aliquis animum ad religionem nostram applicaret, ad conciones istas allegare; longo difficultimoque itinerere fatigandum, quem multo breviori via minorique labore, privata manu, eo, quo tendebat perdu-

cere liceat. Ita & priscis seculis,  
etiam extra solitas conciones in  
erudiendis hisce laboratum fuisse,  
haud dubium est, quibus major  
erat & quotidiana ferè talium ho-  
minum seges atque proventus.  
Quomodo id expedierint, quare  
posset. Albaspinæus, obscure sa-  
cis, intra privatos parietes id fa-  
ciatum dicit. At, Catechumeno-  
rum, an Catechizantium? Non  
certe istorum. Quam multis enim  
Catechetis opus habebant, si per  
singulas domos cursitandum fue-  
rat? Et agnoscere id atque innue-  
re videtur ipse Albaspinæus, cùm  
privata id domo, singulari nume-  
ro, actum dicit. Horum igitur,  
aut publico potius loco, quem ne-  
gotio huic cujuscunque Civitatis  
Ecclesia, sicubi per temporum ho-  
minumque injurias liceret, forte  
destinarat, istud peractum; ita ta-  
mē ut sive publicō locō sive priva-

tō instituerentur, institutæ extra Ecclesiam saltem sive Basilicam haberentur. Colligitur id, ( ut ante nos jam Valesium advertisse comprehendimus, ) ex eo, quod Demetrius Alexandriæ Episcopus Origini, ( antea sibi carissimo, electo-que, quē Scholæ Alexandrinæ præfecturâ æstimaret, ) jam minus æ-  
quus Alexandro Hierosolymitano  
atque Theoctisto Cæsariensium apud  
Præsuli obicit, quod passi fuis-  
sent, Origenem, quamvis inter Pres.  
hyteros nondum adlectum τὰς  
τε Γένεσις ἐρμηνευσαν ζεαθὰς Διὸς τὰς  
κοινὰς τῆς ἐκκλησίας, publicè in Ec-  
clesiā differere, & divinas scripturas  
exponere. Id quod isti ita tuen-  
tur, ut quanquam alibi quoqne id  
usurpatum obtendant, extra tamen  
ordinem, ubi id scilicet rei usus ne-  
cessitasve tulerit, aut postulaverit,  
factum haud obscure significant.

G 5

Ut

*Henr.  
Vales.  
Annot.  
in Bus.  
H. E.  
Lib. VI.  
c. 19. p.  
122. col.  
2.  
Euseb.  
d. c. 19.  
subfin.*

Ut adeò doctissimo Albaspinæo sua de Catechumenis intra domestica septa instituendis sententia, si ista ratione explices, sibi satis hactenus constet.

VI. Et quidem constitutas fuisse Scholas, quibus fidei Christianæ elementa traderentur, non certum minus est, quam quod certissimum. Celebratur inter eas Alexandrina, Pantæno, Clemente Alexandrino, atque Origene, Professoribus clara. Διδασκαλίαι τῶν ιερῶν λόγων, sacrarum literarum Scholam, διδασκαλίαι τῆς φατηχήσεως, scholam tradendis fidei principiis, τὴν πέδον τὰ θεῖα παιδεύματα ἀσκησιν, divine fidei institutionem, θεῖas διδασκαλίias ἐργον, divine institutionis laborem Eusebius appellat; ab antiquis jam, ut idem memorat. 10. VI. 3. temporibus institutam, & quam Euseb. Hist. Eccl. V. suo adhuc ævo hominum doctissimo-

Euseb.  
Hist. Eccl.  
V.  
10. VI. 3.  
Euseb.

mo-

morum copiâ floruisse, testatur.  
 Atque talem etiam Cæsareæ Palæ-  
 stinæ Origenem Alexandriâ profu-  
 gum, aperuisse, idem auctor est. <sup>VI. 19.</sup>  
 Catechetæ vulgari nomine, Ama- <sup>subsin.</sup>  
 lario Fortunato Doctores Catechu- <sup>Amal.</sup>  
 menorum appellantur. Hos aucto- <sup>de Eccl.</sup>  
 ritate Episcoporum sacris his Iudis <sup>Lib I.e.</sup>  
 præfectos, observare licet. Sic <sup>19. sub</sup>  
<sup>20. add.</sup>  
 Origeni η τὸ κατηχεῖν Διάτελον, <sup>Obemn.</sup>  
 Catechumenorum institutio à Deme- <sup>Exam.</sup>  
 trio Episcopo Alexandriæ mandata; Trid. d.  
 &, quam Cæsareæ is cœperat Scho- <sup>sacrum.</sup>  
 lam, Episcopi illius Urbis sive jussu, <sup>ordin.</sup>  
 sive consensu, habitam ex iis, quæ <sup>part. 3.</sup>  
 apud Eusebium hac de re haben- <sup>p. 414.</sup>  
 tur. perspicuum est; ut injuriā ei VI. 3 p.  
 fecisse videantur, qui usurpati sua. <sup>Euseb.</sup>  
 pte sponte muneris arguunt. Quan- <sup>205. add.</sup>  
 quam privato quandoque ausu <sup>c. 14. in</sup>  
 hoc instituendi munus exercitum, <sup>de Eccl.</sup>  
 prout nempe aut doctrinæ suæ si. <sup>c. 4. Loc.</sup>  
 ducia, aut præclara aliorum de se <sup>Theol.</sup>  
 opinio id subire svalderet, vel Dia- <sup>P. 3. P.</sup>  
<sup>315.</sup>

coni istius Carthaginensis, (Deo  
<sup>sp. Au-</sup> gratias ei nomen) exemplum crede-  
 gustin. re jubeat, ab Augustino catechi-  
<sup>d. Tr. de</sup> zandi leges modumque flagitan-  
<sup>Catech.</sup> tis, quod s̄a pe ad ipsum adduce-  
<sup>rudiſ.</sup> rentur, qui fide Christiana primi-  
<sup>c. L.</sup> tus imbuendi essent, eò quod, ut  
 ex illius ad se litteris Augustinus  
 repetit, estimaretur habere cate-  
 chizandi uberem facultatem. Et  
 talis etiam Diaconus quidam,  
<sup>Chrys.</sup>  
<sup>in Act.</sup> Chrysostomo familiaris, qui cùm  
<sup>Apoſt.</sup> ingruente pestilentia multa s̄a pe  
<sup>Homil.</sup> millia una nocte baptismo initiari  
<sup>46. p. 88.</sup> animadverteret, ipse quanquam  
<sup>seq.</sup> Diaconus, absente tum Episcopo,  
 atque Presbyteris, communi pa-  
 vore perculis, ideoque officii in-  
 curiosioribus privatim centum  
 simul ducentosque erudiendos  
 fibi desumfit, haec tenus saltem, ne  
 sacramenti, quo expiandi essent,  
 vim naturamq; ignorarent. Quan-  
 quam id in ambitionis crimē à qui-  
 bus-

busdam tractum, Chrysostomus addit, ut extra ordinem id factum appareat, bono magis animo ipsiusque rei necessitate, quam concessu jure, exercitum. Et verò Ecclesiæ decoris atque integritatis intererat, facultatem docendi non nisi istos usurpare, quos muneri isti idoneos, doctrinæque puros Ecclesia approbavisset. Atque huc, nō fallor, Patrum Cæsaraugustanorum Canon pertinet, quo ve- Can. 7.  
01. IV  
tuere, ne quis doctoris sibi nomen imponat, præter has personas, quibus concessum est. Neque enim minor constitutionis in Catechetis ac aliis Ecclesiæ Doctoribus ratio; cum plurimum referret, quibus Præceptoribus prima fidei elementa imbiberent homines veritatis Christianæ cupientes, quo semel imbuti essent odorem servaturi.

VIII. Istud advertendum, non Christianorum minus protectui, ac

Gentilium ad Christiana sacra vertendorum bono hæc divinæ literaturæ Gymnasia majorum pietatem providisse. Et verò à Christianis quoque eas frequentari solitas, si alia deforent, vel solo Origenis exemplo constaret, quem Christianis parentibus natum, atque ipsum à puerò Christianæ pietatis acerri-  
 mum, Clemente Alexandrino, dum  
 is scholæ præesser, præceptore u-  
 sum, quem toties laudavimus, Eu-  
 sebius refert. Atque hanc fortè ob  
 causam Διεργεῖν τῶν πιστῶν  
 VI. 6. VI. 10. Schola fidelium Eusebio dicitur, nisi forsitan ideò sic vocatam malis, quod eum in finem eæ institutæ, ut qui eam adirent Catechumeni, in Fideles proficerent. Nec minus Gentilibus patuere; imò horum maximè in gratiam conditæ. Ita Origenem Scholæ Alexandrinæ vacantem, quidam ex Gentilibus,  
 quidam ex Christianis, cœlesti

teste Eusebio, adierunt, ἀκοσά- VI. 3.  
μένοις τὸν λόγον τὸν Ἰησοῦν, Verbum princ.  
Dei ex eo audituri. Atque hinc  
istae lacrymæ & in eum Gentilium  
iræ agi, videlicet, τὸν αληθινὸν d. c. 3.  
τῶν τὰ τῆς ιερᾶς πίστεων κατηχο-  
μένων παρ' αὐτῷ. Ob multitudi-  
nem eorum, qui sacra fidei rudimen-  
ta ab ipso percipiebant. Sive, ut  
aliis verbis id ipsum Eusebius ef-  
fert: τῆς αληθινοῦ ἐνέκεκ τῶν δι-  
αυτὸν τὴν θείαν ωραῖαν διδασκα-  
λία. Propter ingentem eorum nu-  
merum, quos ipse ad doctrinam di-  
vinæ fidei pertrahebat; Ethnico-  
rum nempe ex numero, quos ad  
meliora converti agrè tollerabunt,  
quibus priscos errores exuere re-  
ligioerat. Et verò eò Origenis  
schola evaluerat, ut non Christia-  
nos tantum, sed & martyres edi-  
derit; ex quibus Plutarchum quen-  
dam, duos Serenos, Heraclidem.,  
Hero-

VI. 4.

Heronem, istum, Heraclidem in-  
quam, adhuc in Catechumenaru-

*Albasf.* hærentem, hunc neophytum, u-  
*a. obf. 2.* trumque securi percussum, & ne,  
*n. 8.* virorum solum eam gloriam putes,  
*Ruel.* Heraida quandam, foeminam supra  
*Histor.* sexum generosam, ipsam quoque  
*Concil.* adhuc Catechumenam igne ab-  
*Tom. 2.* sumptam, Eusebius recenset.  
*Hildeb.*

*de Con-* IX. Istud difficilius, quod Con-  
*cionibus* publicis exclusos Cate-

*Vet. c.* chumenos velit Albaspinæus atque  
*3. p. 29.* hunc sequuti J. L. Ruelius, & Joach.

*Obserb.* Hildebrand⁹, qui prima classe con-  
*23. n. 2.* tinebantur.

*Obserb.* Quanquam enim o-  
*24. n. 4.* mnino credibile fit, atque ex iis,

*6.7. 5.* quæ hanc in rem attulimus, satis  
*Obserb.* appareat, privatim eos erudiri sve-

*29. nu-* visse, non ideo tamen concionum  
*ult. ob-* audiendarum facultatem illis o-

*Conſt.* mnino negatam crediderim, ab Ec-

*V. Hist.* clesia, fatente id ipso non uno loco

*II. 93.* Albaspinæo, non hereticis tantum,

*39 VI.* et non solum his, sed etiam sacerdotibus, atque  
*18 Cian.*

*Nic.* Can. 20. 21, Tertull. de Idol. c. 5. 7.

atque Schismaticis, sed & Judæis  
ac Paganis, quanquam de his dubi-  
tandi causam Chrysostomus inji-  
ciat, concessam. Nisi dicas, ho-  
minem Genitilem in adeunda Ec-  
clesia frequentandisque publicis  
concionibus suo veluti Jura usum,  
eo excidisse, postquam ad Christia-  
nam religionem animum appulis-  
set. Quod quam absurdum sit,  
nemo non perspicit. Et licet, quod  
de hæreticis dixim⁹, Concilio Lao-  
diceno vetitum sit, statuente, non  
concedendū esse hæreticis ingressum  
domini⁹ Dei, id tamen aut eō forsitan  
non trahendum, aut ab aliis Eccle-  
siis non observatum esse, vel solius  
Augustini exemplo ostenditur, qui  
Manichæorum adhuc lue infectus,  
quā non fœdior unquam Eccle-  
siam pestis invasit, dum Mediola-  
ni Rhetorem ageret, Ambrosum  
publieè disputantem in populo,  
explorandæ ejus facundiaæ, minori-

Chrys.  
in Art.  
Apost.  
Homil.

Can. 6.  
Concil.  
Tom. 3.  
p. 277.

at-

*Confess.* atque exiguâ proficiendi in melius  
*Lib. V.* curâ, sese audiisse, ipse locuples,  
 & <sup>c. 13</sup> *&* nisi fallor, auctor testisque est.  
<sup>14.</sup>

X. Quo verò rite hanc primam  
 Christianitatis classem auspicaren-  
 tur Gentiles, meliori lumine afflati,  
 atque salutis desiderium professi,  
 solenni ritu excipi atque quodam  
 modo initiari moris erat. Is ma-  
 nus impositione peragebatur, quâ  
 videlicet capiti hominis Christia-  
 nismum prensantis manibus im-  
 positis ita Numinis benignitati  
 publicis precibus is offerreba-  
 tur, ut quam ambiret Baptisma-  
 tis gratiam, valituro ad felicitatem  
 nunquam intermorituram fructu,  
 consequeretur. Illustre ejus rei in  
*Conf.* Constitutionibus Apostolicis ex-  
*Apost.* stat documentum, ipsarumque pre-  
*VII. 39.* cum formula, ubi post præscriptum  
 Catechetæ in Catechumenis eru-  
 diendis modum, *Adoret autem, le-*  
*quitur, qui manus imponit, ipsum*  
*Deum*

Deum cunctorum dominum, gratias agens pro plasmate ipsius, quod misit filium suum unigenitum Christum, ut hominem salvum faceret deletis iniquitatibus, & ut dimitteret impietas atque delicta, & ab omni macula catnis ac spiritu eum expiareret: Sanctificaret autem hominem secundum beneplacitum bonitatis sue, & dirigeret voluntatem, & illuminaret oculis cordis ejus ad intelligendum mirabilia ipsius, & manifestaret ei iudicia justitiae, ut odio habeat omnem viam injustitiae, & ingrediatur viam veritatis, ut dignus fiat lavacrum regenerationis in filiorum adoptionem in Christo, atque complantatus similitudini mortis Christi in spe gloriose communio-  
nis, mortuus reddatur peccato, vivat autem Deo secundum mentem, verbum & opus, & in libro viven- Hierar-  
tium comnumeretur. Ita apud scri- cb. Ec-  
ptorem Hierarchiæ Ecclesiasticæ clsc.c.2.  
post p. 130

post primam Christianismi professionem meliorisque vitæ sponsionem factam ( n̄ aliò ista trahenda existimes, ) pontifex capiti ejus manum imponit. Atque apud Augustinm, loco supra itidem citato,  
*de Ca-* postquam Catechumenus, an dicta  
*tech.ru.* in Catechesi credat, atque obser-  
*dib.s. 26* vare desideret, rogatus annuisset,  
*solemniter signandus, atque ecclesiae*  
*more tractandus dicitur.* Quibus  
*verbis manus istam impositionem*  
*intelligi, ne dubitari posse puto,*  
*Hac manuum impositione efficie-*  
*batur Catechumenus, atque in*  
*Vales.* *Christiani nomen transibat.* Tra-  
*in Eus.* *hunc huc Henr. Valesius, atque hu-*  
*de sit.* *Constat.* *ius vestigia secutus Josua Arndius*  
*Lib. IV.* *Canonem Concilii Eliberini trige-*  
*c. 61. p.* *simum nonum, quo constitutum,*  
*251.* *Gentiles si in infirmitate desiderave-*  
*Arnd.* *rint sibi manus imponi, si fuerit eo-*  
*Lex.* *Ant.* *Eccles. Soc. Catech. §. 20, 21, p. 86. & Soc. Man.*  
*Impoſ.* *§. 12. p. 588.*  
*Concil.* *Elib. can. 39. Concil. Tom. I. p. 986.*

ruen ex aliqua parte honesta vita,  
eis manum imponi, & fieri Christia-  
nos, & Canonem sextum Concilii Can. 6.  
Arelatensis primi (cujus exposi-  
tionem nescio quo sensu Canonem  
Concilii Eliberini vocet, cum id  
Arelatense novem annis præcesse  
rit,) cujus ista verba: *De his, qui  
in infirmitate credere velunt, placuit  
eis debere manum imponi.* Quæ  
tamen nihil ad rem faciunt, si Al-  
baspinæum audias, ita Canones  
istos explicantem, ut de Gentibus  
intelligi velit, qui in faucibus fati  
deprehensi, ne morte interciperen-  
tur, ante posita Catechumenatus  
tyrocinia baptismum adepti, etiam  
manū impositione confirmari atq;  
unctione Christiani fieri redeun-  
te in melius valetudine cupive-  
rint. Quam quidem interpreta-  
tionem neque rejicere, neque com-  
probare, propositi jam nostri est,  
non adeo certis argumentis, sola  
probabili conjecturâ suffultam-  
qua

Concil.  
Arel. I.  
d Tom.  
p. 1093.

Albasß.  
Not. in  
d Can.  
Concil.  
Elib. p.  
319 seq.  
& in  
Can.  
Arel p.  
284.

qua tetiam Valegium non desti-  
 tui fatemur. Clarius hanc in rem  
 Sulpic.  
 Seb. de  
 Mirac.  
 S. Mart.  
 in Dial.  
 2. c. 5.  
 tervatim ad genua beati viri ruere  
 cœperunt, fidcliter postulantes ut eos  
 faceret Christianos. Nec cunctatus,  
 in medio, ut erat, campo cunctos im-  
 posita universis manu Catechumenos  
 in Ag. fecit. Ut & Symeonis Metaphrastis,  
 SS. Ille autem, de Cyrillo Episcopo di-  
 Mart.  
 Ind. &  
 Domne centis, cum moderatè divinas ei ceci-  
 nisset scripturas, & veneranda Christi  
 de vit. cruce eam obsignasset, tunc quidem  
 Porph. eam facit Catechumenam. Marci  
 Gazens. denique cujusdam, qui Porphyrii  
 Gazensium Episcopi vitam com-  
 posuit, Die, inquietis, sequenti  
 parentes mulieris & cognati euntes  
 ad B. Porphyrium, prociderunt ad  
 ejus pedes, petentes Christi signacu-  
 lum. Beatus verò cum eos signasset,  
 &

¶ fecisset Catechumenos, dimisit  
illos in pace, præcipiens eis, ut va-  
carent sanctæ Ecclesiæ. Et paulo  
post cum eos Catechesi instituisset,  
baptizavit. Quanquam duobus  
posterioribus locis vocabulo si-  
gnaculi, quo Catechumeni facti  
dicuntur, Crucis potius signum,  
quam manus impositionem intel-  
ligendam existimarem. Manum  
quoque impositam uti inficiari  
nolle, ita ut id factum asseveres,  
nulla, si verba spectes, necessitas.  
Atque hac de manus impositione  
Catechumenorum, ut sic loquar,  
initiatoria Eusebii locum Valesius *Euseb.*  
accipit, ubi is de Constantino a. d. c. 61.  
gens, morbo, quem supremum ex-  
pertus, mortalitatis admonito id-  
eaque Baptismi eo usque dilati  
avidiore, cum eum Helenopoli in  
martyrio, veniam à Deo petuisse,  
atque peccata confessum memo-  
rasset, ἐνδεδή subjungit, καὶ πέω-

τον τῶν Διαχειρίσιας εὐχῶν  
ηὔπιστο. Quo in loco manum imposi-  
tionem cum solenni precatione  
primum meruit accipere. Et verò  
quanquam difficile ereditu id vi-  
deatur, Imperatorem Christiani  
Principis officio tām strenue fun-  
ctum, per tanti ævi spatium ne-  
ut Catechumetu quidem gra-  
dum ad Ecclesiam faceret, in ani-  
mum induxisse, ita tamen apertè id  
significat Eusebius, Constantino  
intimus, ut ne dubitandi quidem  
locum reliquerit, nisi Catechume-  
natum etiam sine manus imposi-  
tione inire licuisse dicas, quod qui-  
dem nobis affirmare, haud inte-  
grum est. Et verò Imperatorem  
uti ætera legibus solutum, etiam in  
talibus majori libertate egisse, vero  
non absimile est, hanc instituti mo-  
risque Ecclesiastici incuriam, tan-  
cā de instruendo componendoque  
Ecclesiæ statu curâ pensantem,

XI. Ceterum primum istum Catechumenalum gradum emensi ad alterum provehebantur, inter *Audientes*, quos vocabant, relati. *Audientes* hi ideo dicti, quod perceptis jam domestica institutione religionis nostrae elementis, audiendis publicis Sermonibus praे iis occupabantur, quos prima adhuc Classis tenebat, eorum, quæ publicè docebantur, minus capaces, id eoque Conciones istas ut minori fructu, ita infrequentius adire solitos. Hujus Catechumenorum generis crebra in Canonibus mentione est, illis præsertim, ubi de ipsis agitur, qui Fideliūm hactenus iure <sup>P. Con-</sup>  
<sup>cil Nic.</sup>  
<sup>Can. 11.</sup>  
<sup>Arab.</sup>  
<sup>19. 21.</sup> gavisi ob patrata flagitia ad sortem Catechumenorum redacti fuerant, in *Audientium* locum detrusi. Ex Patribus, qui eorum nominatim <sup>b. c. s. 6.</sup> meminere, supra quosdam lauda. <sup>& 9.</sup> vimus; quibus expressa istorum mentio, qui inter Catechumenos

Audientes appellarentur. Et verò his jam sese aperire incipiebant sancta Christianismi mysteria, quæ ne ad istos inferioris gradūs Catechumenos effluerent, tām sedulò

*V. Clem.* caveba ur. Aristotelicos imita-

*Alex.* tos ferè dixeris temporum istorum

*Strom.* Patres, ita dogmata sua dispensare

*Lib. V.* solitos, ut eorum alia ἴστανεικά,

*p. 418.* id est Interna, alia ἔξωπεικά,

sive Externa, qualemcumque vide-

licet Auditorem admissura, voca-

rent. Similem scilicet in modum

etiam prīmi s. extremi potius ordi-

nis Catechumenis in Exteriōibus

adhuc versantibus nulla penetrā-

dorūm Interiorū copia erat. In

*Constit.* Constitutionib⁹ Apostolicis post

*Apost.* jacta demum, quæ supra recensui-

*VII. 39.* mus, melioris fidei fundamenta,

*Bob. (40)* Catechumenos in iis instrui præci-

*Bin.)* pitur, quæ pertinent ad incarnatio-

*S. 18.* nem Domini, ad passionem, resur-

rectio-

rectionem, ascensionem, aliaque,  
quæ Gentilibus ludibrio maximè  
habita non absque profanationis  
periculo iis committi existima-  
bantur, qui ab Ethnicismo no-  
vi, atque à sordibus ejus nondum  
perpurgati, pristinæ adhuc Gentili-  
tatis odorem servare timebantur.  
Et dediscenda prius erant, quæ  
contra ipsas naturæ leges rectæque  
rationis præcepta seu moribus seu  
doctrinâ peccarant, quam ad ista  
fidei sacramenta saltum facerent.  
Novitiolorum nomine hos, quos  
Auditorum vocabulo à ceteris sui  
ordines distingui diximus, designa-  
xi à Tertulliano Albaspinæus existi-  
mat, quo tamen primæ classis Cate-  
chumeni commodius intelligeren-  
tur, divinis nempe sermonib⁹ aures  
(ut Tertullianus loquitur) rigare  
incipientes, ut catuli infantiae ad-  
huc recentis, nec perfectis lumini-  
bus per incerta reptantes.

*Albaspi.  
ad Ter-  
tull. de  
Pœnit.  
c. 6.*

XII. Verum enim vero, quod  
*Audientes* nostros attinet, quan-  
 quam li publicis potissimum Con-  
 cionibus operam darent, privatis  
 quoque Doctoribus s. Catechetis  
 eos nihilo saepe minus usos fuisse,  
 probabile est. Affirmat eam su-  
 spicionem Eusebius, qui Orige-  
 nem, nimiâ discipulorum multitu-  
 dine fatigatum, cum id consilii cœ-  
 pisle retulisset, ut distributis duas  
 in classes Auditoribus, Heraclam  
 in partem curarum adsciceret, so-  
 ciatis laboribus munia scholæ faci-  
 lius executurus, eam rationem  
 iniisse tradit, ut institutione eorum,  
 qui primis adhuc rudimentis im-  
 buendi erant, Heraclæ mandata,  
 perfectiores docendos sibi sepo-  
 fuerit. Id quod non incommode  
 de *Audientibus* istis intelligi qui-  
 vis facile puto animadvertis.

XIII. Istud ex superioribus huc  
 repetendum, *Audientes*, quan-  
 quam

quam in communicandis Christianæ disciplinæ mysteriis largius habitos, si cum Catechumenis primæ classis contendas, nondum tamen dignos visos, quibus plena eorum notitia committeretur, quam sibi solis velut propriam Fideles reservabant. Pythagoræis Auscultatoribus non in-  
epte comparares, quibus doctrinæ suæ arcana non nisi per velamina proponi Pythagoras instituerat, iis tantum pandenda, qui (*Mathematici ipsi dicti*) sincerè jam & germanè philosophari didicissent. De quibus Gellius, atque Clemens Alexandrinus alibi à nobis laudati.

XIV. *Auditionis tempore ex-* P. 419.  
pleto ad eos progrediebantur, qui orandi in publico Ecclesiæ conventu procumbendique facultate pollebant. Et quidem proximum horum post Audientes gradum.

H 3      suis.

fuisse, non obscuris Canonum documentis comprobatur. Concilio Neo-Cæsariensi A. CCCCXVI.

**Conc.** coacto inter alia ita constitutum  
**Neo-** est; *Catechumenus, id est, Audiens,*  
**Cæsar.** *qui ingreditur in Ecclesiam, & stat*  
*cap. 5:* *cum Catechumenis, si peccare fuerit*  
*Tom. I.* *visus, figens genua audiat verbū &c.*  
*p. 1120.*

**De iis, nisi vehementer fallor, Ca-**  
**none agitur, qui ex Audientium**  
**classe ad Orantium gradum prove-**  
**cti, criminе aliquo meruissent loco,**  
**quem assequuti erant, depelli at-**  
**que ad inferiorem, quem olim te-**  
**nuerant, rejici.** Id quod clarius

**Can. 14** ex Concilii Niceni Decreto quo-  
**Tom. II.** dam apparet, quo de Catechumenis  
*p. 319.* lapsis placuit, ut tribus annis sint in-  
 ter Audientes tantummodo, post hæc  
 autem cum Catechumenis orent.  
 Hæc ut proprius noscantur, scien-  
 dum, fuiste isto ævo, quibus quan-  
 quam Ecclesiam pro lubitu fre-  
 quentantibus nulla tamen procum-

ber-

bendi in ea precandive copia erat.  
Tales ex Catechumenorum ordi-  
ne ii, qui primam secundamque  
Classem obtinebant. Ceteri pre-  
cum Juri hactenq; communicabant,  
ut eas & ipsis quoque solenni pro-  
cumbendi ritu fundere liceret, non  
ut una omnium Catechumenorum.  
Poenitentium, & siqui alii pari fa-  
cultate prædicti erant, atque com-  
munis cum Fidelibus oratio esset.  
In suas, ut ita loquar, Curias di-  
stincti, suo quisque loco atque  
serie, propriisque precibus, reli-  
quis impermixti, Numini supplica-  
bant. Primam nostræ, de qua hæc  
agimus, Classis Catechumeni, alte-  
ram Energumeni, tertiam Compe-  
tentes, Catechumenorum nempæ  
dignissimi, & Fidelium velut pro-  
pinqui, Pœnitentes quartam, supre-  
mam denique ipsi Fideles imple-  
bant. Horum is ordo atque mo-  
dus observabatur, ut post finitas

à Catechumenis nostris preces, di-  
gressis his, Energumeni succede-  
rent; Energumenis patratā itidem  
oratione dimissis, Competentibus,  
& proximè post hos Pœnitentibus  
locus fieret, quibus & ipsis eodem  
officio perfunctis, Fideles preca-  
tiones suas ordirentur. Non clari-  
rum magis, quod norim, rei hujus

**C**onflit. alibi ac in Constitutionibus Apo-  
stolicis extat monumentum, qui-  
**p. 11.** bus post indictam Diaconi voce,  
Insidelibus atque Audientibus  
migrationem, atque inde silentio  
facto, Idem ad Catechumenos pro-  
ximi supra Audientes gradūs con-  
versus, *Orate, infit, Catechumeni.*  
His igitur secretis, ut conjicerelī-  
cet, tacitisque supplicationibus  
(νοεργίς, ut autor Hierarchiæ Ec-  
clesiasticæ vocat, sive ut Scholia-  
**p. 88.** stes; σωπνῶις ἐγὶ τῷ νῷ γινο-  
ται, 19. μέρους, atque ut Concilii Laodi-  
ceni

ceni Patres loquuntur per silentium  
factis, privatas Albaspinæus appellat,) Deum sibi propitiare sata-  
gentibus, quo validiori juvaren-  
tur suffragio, etiam fideles, à Dia-  
cono moniti, causam istorum Nu-  
mini, ita tamen, commendant, ut  
propriâ neque junctâ cum Cate-  
chumenis oratione istam depreca-  
tionis legationem obirent. Operæ  
omnino pretium neq; lectori ingra-  
tum duximus, adscriptis ipsis Con-  
stitutionum verbis, precumque,  
quibus negotium Catechumeno-  
rum apud Deum: Fideles agebant,  
formulâ, rem distinctius, ipsis fal-  
tem, quibus talia minus cognita,  
veluti oculis auribusque haurien-  
dam proponere. Ita verò istæ post  
imperatam Catechumenis oratio-  
nem; *Et omnes, pergunt, Fideles*  
*attente pro ipsis;* (Catechumenis  
nimirum orent,) dicentes, Κύριε  
ἐλέεσθο. *Omnes pro Catechumenis*

II. Obs.

24, n. 28.

a. 5. 5.

6.

Deum obsecremus: ut bonus & singulari in homines charitate Deus, benevolè eorum preces & obsecrations exaudiat: & eorum supplicatione suscepta, eis auxilietur, eisdemque postulata cordium commodo eorum tribuat; ut patefaciat eis Evangelium Christi sui; illuminet eos & intelligentes faciat; erudiat eos Dei cognitione, & doceat mandata sua & justificationes; inseratque eis suum castum & salutarem timorem; ac aperiatur aures cordis eorum, ut die ac nocte in lege ejus demorentur; confirmet eos in pietate; adjungat & adnumeret eos suo sancto gregi, donans eos regenerationis lavacro, & indumento immortalitatis veræ vitae; liberet verò eos ab omni impietate, & ne det locum alieno spiritui contra eos, & repurget deterso omni inquinamento carnis & spiritus: habitetque in eis, & deambulet per Christum suum, introitus & exitus benedictio-

dictione prosequatur, atque proposita eis dirigat ad utilitatem. Deniq;  
ad huc intentis mentibus pro eis sup-  
plicemus, ut adepti per Baptismum  
veniam peccatorum, habeantur digni  
sanctis mysteriis Eucharistiae; & cum  
sanctis commorari ac permanere.  
Inde à Fidelibus ad Catechume-  
nos reversus, Surgite, jubet, Cate-  
chumeni, petite pacem Dei per Chri-  
stum ejus, ac diem quietum, & à  
peccato vacuum, imo omne tempus  
vitæ vestræ; petite, ut vitam Chri-  
stianè finiatis; ut propitius & bene-  
volus sit vobis Deus; & ut peccata  
remittat. Commendate vos soli in-  
genito Deo per Christum ejus. Ad  
quæ cuncta populo suum Κύριε  
Ἄλεισθον, acclamante, & Cate-  
chumenis ad Diaconi præceptum,  
capita accipiendæ benedictioni in-  
clinantibus, Episcopus eam imper-  
titurus, Deus omnipotens, precatur,

qui es ingenitus, in accessus, — qui discipulos præfecisti magistros per Christum ad docendā pietatem in Deum, ipse etiam nunc aspice in famulos tuos Catechumenos in Evangelio Christi tui, Et tribue eis cor novum Et spiritum rectum innova in viscerebus eorum, ad cognoscendam Et faciendam voluntatem tuam in corde pleno Et anima volente; dignare eos sancto baptismo, Et conjunge eos cum sancta tua Ecclesia, Et fac participes sanctorum tuorum mysteriorum, per Christum Jesum spem nostram, qui pro eis mortuus est, per quem Cabas. tibi gloria, Et c. Quem admodum Liturg. etiam Cabasilas testatur, suo ad Expos. hoc ævo pro Catechumenis, antequam ex fidelium choro ejicerentur, Deum rogari solitum, quo nempe & illi perficerentur, tempus baptismi assecuti, ut Et ipsi, (ipsa hæc precum verba refert,) nobiscum glorificant omni ex parte venenandum

*Cabas.*  
*Liturg.*  
*Expos.*  
e. 23.  
*add.*  
*Goth.*  
*Miss.*  
col. 288.

dum & magnificum nomen tuum.

Quæ pleraque, egregiè suo quoque testimonio confirmat Chrysostomus, qui postquam retulisset, Ecclesiæ consuetudine Fideles exercitari ad supplicandum pro nondum initiatis, voce scilicet atque ministerio Diaconi, pro Catechumenis instanter orare, sublata voce præcipientis, id à Deo precatos hos dicit, ut misericordissimus ac miserationum Deus ipse exaudiat preces illorum; ut Deus aperiat aures cordium ipsorum, & confirment fidem Dei in animis illorum; ut patesiat illis Evangelium justitiae; ut det illis mentem Deo afflatam, sobriam cogitationem, & vitam cum virtute conjunctam; ut eximat eos ab omni malo & absurdo negotio, ab omni peccato diabolico, & ab omni circumventione adversarii, & ut dignetur illos in tempore opportuno lavare regenerationis, remissione pecca-

Chrys.  
in 2. ad  
Cor. I.  
homil.  
2. moral.

torum & vestimento incorruptibili-  
tatis, ut benedicat ingressus & egres-  
sus illorum per omnem ipsorum vi-  
tam &c. Quæ recitatæ modò ex  
Constitutionibus Apostolicis sup-  
plicationis formulæ satis congrua  
pluribus ibi Chrysostomus expli-  
cat. Post hæc, testante eodem, Ca-  
techumeni, dum isto pro ipsis apud  
Deum officio Fideles fungerentur,  
humi prostrati, surgere rursum mo-  
niti, ipsi Deum precibus adire  
atque angelum pacis, & pacificum  
præsentem diem, & omnes dies vitæ  
petere, jubentur. Inde, pergit idem,  
jubemus illos inclinare capita, hoc  
pacto significantes, exauditas esse  
preces, ac Deum illis benedicere. Non  
enim jam homo est qui benedicit,  
(en rationem istius humilitatis,)   
sed per illius manum ac linguam of-  
ferimus imperatori capita præsen-  
tium, & universus populus acclamat,  
Amen. Hisce transactis iterum  
Dia-

Diaconus, Exite, in clamat, Catechumeni in pace. Abeuntibus istis, Energumenti ad preces vocantur, ipsi quoque Fidelium oratione adjuvandi. Dimissis his Diaconus c. 7.  
ad Competentes progressus, Orate, præcipit, qui baptismum petitis. Suiq; in hoc quoq; officii ac pietas populum monens, (lubet enim hæc quoque explicatius addere, ad Catechumenos quippe, quamquam altioris, gradus spectantia,) Omnes, dicere pergit, fideles intentè pro eis oremus, ut Dominus faciat eos dignos, ut baptizati in mortem Christi cum ipso resurgent, regnique ejus consortes, ac mysteriorum ejus participes fiant; ut uniat & connumeret eos cum iis, qui salvi sunt in Ecclesia ejus sancta. Salvos fac & resuscita eos in gratia tua. A Com- c. 8.  
petentibus ad Pœnitentes ordo dicit, quibus post absolutas preces Diacono jubente itidem discedentibus,

e. 9. tibus, solis tandem Fidelibus locus  
 reliquitur, eodem, quem toties di-  
 ximus, Diacono pronunciante:  
*Exite, qui in pœnitentia estis.* Et  
 ex adverso ad populum: *Nemo co-*  
*rūm, quibus non licet, exeat.* O-  
 mnes fideles flectamus genu, oremus  
*Deum &c.* Atque inde obsecratio-  
 nes à populo, Diacono primum, post  
 ea Episcopo verba præunte, ha-  
 c. 35, 36. bebatur. Ad eamque formam in  
 vespertinis quoque ac matutinis  
 supplicationibus, post egressos  
*Catechumenos, Energumenos, Eos,*  
*quibus instat Baptismus, Pœnitentes*  
 denique, eodem videlicet quem  
 modò recensuimus ordine, ac im-  
 pensa pro his apud Deum officia,  
*omnes*, iterum edicit Diaconus,  
*Fideles oremus Dominum.* Qui  
 mox, concepta precationum ver-  
 ba, iisdem quos memoravimus, di-  
 citantib⁹, animis linguisq; sequun-  
 tur. Et verò hujus in ordinandis  
 cuius.

cujusq; classis precibus vestigium *Can. 19.*  
aliquid in Concilio Laodiceno *To. III.*  
observare licet, ex cuius decreto, *p. 280.*

(arguente id quidem Osiandro)  
*Catechumenorum orationem separa-*  
*tim & prius prostratis eis, (in genua*  
*nempe procidentibus, unde &*  
*Genu flectentes appellatos dixi-*  
*mus,) Episcopum oportet celebrire.*

*Quibus egressis orent etiam hi, qui*  
*in pænitentia sunt constituti: Et*  
*post manūs impositionem his quoque*  
*abscedentibus, tunc Fidelcs omne de-*  
*bebunt. Illud aliquando scrupu-*  
*lum movit, quòd & ante hominum*  
*illorum missionem preces à Fidelib-  
i-  
bus recitatas constet, quibus adeò*  
*adhuc præsentes isti sua quoque*  
*vota sociasse videri possent: ex*  
*quo consequens foret, non omni-*  
*no extra omnem precationum cum*  
*Fidelibus societatem positos illos*  
*fuisse. At penitus rem intuenti*  
*expendentique vix amplius dubi-*  
*tare*

tare licuit, quanquam ante exactos Catechumenos eorumque socios, Deo Fideles supplicarent, non alias tamen iis quam spectandi audiendique partes relictas fuisse, ipsarum precum communione femotis. Apparet id ex ipsis earum formulis, plerisque ad Eucharistiam spectantibus, ut quibus ro-

*V. Li-* gatur Deus, ipsos puros sistere san-  
*turg. S. ēto altari suo, laudis sacrificium,*  
*Jac. Bi-* aliaque munera oblatoros, ad area-  
*bl. PP.* num hoc & tremendum mysterium,  
*To. VI.* sanctumque ipsius altare accessuros,  
*col. 1. 1.*  
*A. D.* ut quod purā conscientiā ad istud ingressi  
*col. 3. D.* oblatō divino hoc sacrificio digni  
*col. 4. A* habeantur vitâ eterna, & si quæ alia  
 sunt ejusmodi, quæ Catechume-  
 nus, si omniō Fidelium orationi  
 communicare tanta cupidinē tra-  
 heretur, non nisi absurdè irritusq;  
 pronunciet, certus, nullam pro  
 præsenti conditione sibi adeundi  
 altaris facultatem esse, cui purus  
 fisti

sisti exoptaret. Qua ratione etiam supra monuimus, alias preces fuisse, quibus Deum invocarent Catechumeni, ceterique extra Fidelium tribum collocati; alias ipsorum Fidelium, quibus Numinis gratiam istis conciliarent. Et specant huc ista Diaconi in Liturgia S. Jacobi verba, qui abitum huic <sup>col. s. C.</sup> hominum generi imperans, Nullus, proclamat, *Catechumenorum, nullus eorum, qui nondum initiati sunt ad sacra, nullus eorum, qui orare nobiscum non possunt, ingrediatur.* Ut quibus orandi officio jam perfunctis, atque instantे celebrandæ Eucharistiae Actu, ulterius remanendi nulla caussa esset, adeò à precationibus adhanc pertinentibus alieni, ut ne tum quidem cum Fidelibus orarent, cum utrique in Ecclesia, praesentes eadem precarentur, eadem quippe, at diversis praecibus rogantes. Et confirmatur id ex

Li-

Liturg. Liturgia Ante Consecratotum  
 Ante apud Græcos, qua post Catechu-  
 Con- menos orare jussos, etiam Fideles,  
 serb. Diaconi monitu, pro Catechume-  
 Bibl. P. nis preces ferunt. Hisque absolu-  
 P. Tom. vi. col. tis, & abeuntibus illis Idem, Fi-  
 gis. 116. deles inquam, ad suas supplicatio-  
 Rer Ec- nes vocantur. Quæ dilucidius  
 cles. Germanus Patriarcha Constanti-  
 Theor. nopolitanus explicat.  
 col. 148.

149. XV. Ab hoc Catechumenatus  
 gradu ad supremam tandem clas-  
 sem concendeant, quæ velut ad  
 limen usque Ecclesiasticæ Commu-  
 nionis progressi, jam Baptismum  
 suo quodam Jure ambiebant. Inde  
 Competentium nomen inditum,  
 quod sacro illo Initiationis myste-  
 rio inter Ecclesiæ penetralia recipi  
 peterent; in finibus ejus hærentes,  
 atque, ut eleganter Cyrillus, circa  
 Proca- porticum regalis palatii constituti.  
 zah. Suppeditat istam denominationis  
 subpr. originem atque rationem Augu-  
 stinus

gustinus, sua contra istos disputa- *August.*  
 tione, qui nullo Pœnitentium aut *To. IV.*  
 impœnitentium discrimine cun- *Fid. &*  
 & os ad Baptismum admittendos *Oper.*  
 censebant, *An usq; adeo,* inquiens,  
*dissimulamus à sensibus nostris, ut vel*  
*nos ipsos non recordemur, quām fue-*  
*rimus attenti atque solliciti, quid*  
*nobis præciperent, à quibus catechi-*  
*zabamur, cùm fontis illius sacra-*  
*menta peteremus, atque ab hoc Com-*  
*petentes etiam vocaremur.* Atque de di-  
 alibi prolixius : Competentes di- *bin. of-*  
 cuntur simul petentes, ( id est, ut Al- *fic c. 15.*  
 cuini sub nomine scriptor divino-  
 rum officiorum exponit, gratiam  
 Christi petentes, ) quomodo Consi- *Tom. X.*  
 dentes nihil est aliud, quām simul <sup>d Temp.</sup>  
 sedentes, & Colloquentes nihil aliud *Serm.*  
 est, quām simul loquentes, Concur-  
 rentes sine dubio non intelliguntur,  
 nisi simul currentes, ita & Competen-  
 tes non possunt aliud intelligi nisi si-  
 mul petentes. Eoq; nomine sui ipso-  
 offi-

officii ad moniturus: Ecce jam quare hoc nomen Competentes habeant, didicerunt: nunc verò isti qui simul

**Quin-** petunt, debent scire quid petunt.  
**quag.** **Homil.** Quid ergò petunt, qui baptismi sa-  
 27.p.300 cra desiderant? Quid utique, nisi ut  
 add. loc. qui erant vasa Diaboli, mereantur  
 ex Ho- effici vasa Christi? Et pertinet huc  
 mil. 49. ejusdem locus, ubi de triplici Pœ-  
 cit. su- nitentia consideratione tractans.  
 pra. § 3. **Pacian.** Illa prima, dicit, Competentium est,  
**Bacil.** & ad baptismum venire sipientium.  
**Serm.** **XVI.** Baptisni gratiam flagitan-  
 d. **Bapt.** tibus Nomen profiteri necessum  
 subpr. **Bibl. p.** erat, derivato à Romanis loquendi  
**P. Toma.** more, quibus qui militiae se adscri-  
 III. col. bi sinebant, nomina dare diceban-  
 458 tur. Clemens primus Romano-  
 V. **Brie-** rum nominis istins Episcopus ad  
 son. de **Formul.** sua quadam ad ceteros Clericos,  
 Lib. IV. Fidelesque Epistola; ( an genuinā,  
 p. 349. nihil hīc disputamus, ) Si quis ergo  
 Clem. fidelis voluerit existere, & desiderat  
 R. **Epist.** ba-  
 3. apud  
 seherin. **Bin.** Concil. Tom. I. p. 34. col. 1.

baptizari -- accedat ad sacerdotem suum, & ipsi det nomen suum, &c.

Cyrillus sua ad Competentes Præ-  
fatione disertius ad Romanorum  
istum morem alludens: *Nomina*  
*jam in Christi militiam vocati dedi-*  
*stis.* Et eādem, fini proprius: *Unius*  
*matris filii & filiæ facti estis omnes,*  
*quicunque hic nomina dedistis.* Au-  
gustinus Victorini Rhetoris ad  
Christi fidem accessum memorans: *IX. 2.*  
*Itbi autem imbutus est primis instru-*  
*tionum sacramentis, non multo post*  
*etiam nomen dedit, ut per Bapti-*  
*smum regeneraretur.* Idem Cur-  
mam quendam, hominem ex mu-  
nicipio Tulliensi, juxta Hipponem,  
Curialem, visione admonitum, ut  
ab Augustino se baptizarisineret, *ger. c. II.*  
Paschate jam appropinquante, de-  
disse nomen inter alios Competen-  
tes, alibi refert. Atque de seipso  
Baptismati jam maturo: *Inde ubi IX. 6.*  
*tempus advenit, quo me nomen dare*  
*opor-*

*Augst.  
Confess.*

*To. IV.  
de Cur.  
pro  
mort.*

Tom. II. oporteret, &c. Et ad Martianum  
 Epist. Epistolā: Tua mereri scripta desi-  
 ciss. dero, & te nomen dedisse inter Com-  
 petentes vel daturūm esse, jam jam-  
 jamque agnoscere. Rursum alio  
 de Fide loco: Quod autem fit per omne tem-  
 pus, quod in Ecclesia salubriter con-  
 s. 6. stitutum est, ut ad nomen Christi ac-  
 cedentes Catechumenorum gradus  
 accipiant: hoc fit multò diligentius  
 & instantius his diebus, quibus Com-  
 petentes vocantur, cùm ad perci-  
 piendum baptismum sua nomina

Tom. X. jam dederunt. Denique, instan-  
 de Vrb. te temporis solennitate Catechu-  
 Dom. menum jam in Catechumenatūs  
 Serm. exitu versantem quid factō opus  
 46. monens: Ecce Pascha est, da nomen  
 ad baptismum. Gregorius Na-  
 zianzenus Catechumenum, pro-  
 posito adversarii, quo non acer-  
 biorem habet mortalium genus, in-  
 genio, omni hominum ærati pari-  
 ter infensi, tanti periculi metu ad

Ba-

Baptismum capessendum adhor- Greg.  
tans, νέος εἰς τὴν Γενέτων παροχήν. Nat. O-  
μῆτρη τῆς ουμακίας εἰς ἡγεῖτα- rat. XL.  
ζίν αποθύηται. Juvenis es? con- in S.  
tra turbulentos animi motus inacie p. 647  
sta, in Dei phalange nomen profitere.

Inter Quæstiones Timotheo Ale-  
xandriæ Episcopo propositas est  
quædam, hujus initii. Si mulier Inter-  
Catechumena dedit nomen suum, ut rog. 6.  
illuminaretur, &c. Ethuc fortè re Bibl. P.  
ferenda est illa apud Auctorem. P. Tom.  
Hierarchiæ Ecclesiasticæ descriptio VI. colo  
modi atque ritus, quem in prensan- 614.  
do conferendoque Baptismo tem-  
pore isto obtinuisse credi par est,  
verbis supra relatis; quibus quan- 6.3. 5.2.  
quam ad delineandum primum,  
hominis gentilis ad Ecclesiam in-  
gressum ibi usi simus, si quis tamen  
huc trahere malit, neutiquam nos  
repugnantes habiturus est. Imo  
ea, istis jam prælo excusis iterum

I

in-

incipienti considerantiq; dubitatio  
fermè exempta, huc illa potius  
quam istuc pertinere.

XVII. Datum ita à Competen-  
re nomen in Album referebatut.  
Apud Eundem Hierarchiæ scriptio-  
rem Pontifex, post editam à Cate-  
chumeno melioris vitæ sponsio-  
p. u. 12. nem, imposta ejus capiti manu,  
Sacerdotibus mandat, ut virum sus-  
ceptoremque describant. Postea verò  
quam illi descriptere, sacram effun-  
dit precem &c. Ad quæ Græcus  
Scholiares, quorum id muneris  
fuerit, proprius indicans, Σημειο-  
τέον, ait, ὅτι ιερεῖς καλεῖ τὸν ἀνδρα  
καὶ τὸν αὐτόχοον τὴν ΔπογαΦαιέ-  
νυς, τὸν πρεσβυτέρος, Δγκορος καὶ  
αὐτὸς ἔτως ὄνομαζων. Observan-  
dum est, cum appellare sacerdotes  
eos, qui virum & sponsorem descri-  
pserunt, qui inferiores sunt Episco-  
pis, id est, presbyteros, diaconos  
etiam

p. 13.

p. 89.

etiam ipsos, ita nominans. Ipsi enim eorum qui nuper & recens illustrati erant, scribebant nomina. Cyrilus Hierosolymitanus sua ad Competentes Præfatione monens eos, ne indigni forte tanto mysterio obrepant, salubrius dilaturi, quæ nunc forsan sine noxa suscipere Cyrill. haud liceat, secreta adhuc vitiorum sorde pollutis, quorum exuentorum nullus adhuc forte ipsis animus, nullum propositum; Permissum est tibi, etiam contaminatam peccatis habenti animam, & sordidam voluntatem intrare: (ignorante id nempe Ecclesia, cui nulla de interioribus eerta notio,) intrasti, eo loco dignus habitus, nomen tuum inscriptum est. Atque alibi Catech. ad Eosdem: Absit, ut aliquis ex his 2. illam qui nomina dederunt, & in album subrelatis sunt, audiat, AMICE, QUOMO-princ. DO HUC INTRASTI, &c. Elegantissime omnium Basilius M. Trade ita-

fol. 119 que te Christo totum, da nomen tu-  
 CD. um, adscribeque ecclesia. Nam &  
 miles legitimus catalogo adscribitur.  
 Athleta conscriptus pugnat. Civis  
 numero civium adscriptus in sua  
 connumeratur tribu. His tu omni-  
 bus obnoxius es, ut Christi miles, ut  
 pietatis athleta, ut conversationem  
 administrationemque in cœlo habens:  
 in hoc libro præsenti conscribere, ut in  
 altero superiore conscribi merearis.  
 Atque hinc fortè est, quod Cate-  
 chumenos, Deditos Domino à Ter-  
 tulliano dici, quòd scilicet nomen  
 Albasp. dederint, Albaspinus observat.  
 Not. ad Quamvis haud inficiemur, etiam  
 Tertull. de istis id accipi posse, qui prima  
 mit. c. 6. Christianismi professione, aut pro-  
 subpr. fessionis potius voto in potesta-  
 tem Dei Ecclesiæque sese dedidis-  
 sent; Catechumenatum modò  
 ingressi, neq; eo rerum statu agen-  
 tes, quo baptismum petere  
 possent.

Capit.